



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 74. Pontificis conatus pro Concilio in Polonia recipiendo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1564.

§. LXXIV.

*Pontificis conatus pro Concilio in Polonia recipiendo.*

*Pallav. l. 24.  
c. 13. n. 1.  
Rayn. ann.  
hoc n. 40.*

Haud majori, quam illæ Provinciarum pro quibus Maximilianus II. adeo ardentem hunc favorem expetebat, tranquillitate fruebatur Polonia; quippe novi Regis imbecillitas, necnon illius cum Matre dissensio, atque infaustæ ejusdem nuptiæ cum Barbara Radzevilia muliere libidinosa maximopere legum vim infringebant, ac novas indies vires suppeditabant hæreticis, qui his diffidiis freti suam sectam numero, & potentia firmabant; unde quivis pro arbitrio suo diversam sibi procedebat Religionem; nam sicuti usuvenit, quod semper nonnulli ex aliorum erroribus, ac cæcitate sua sibi commoda procurare soleant, ita etiam Doctorum

Christianissimo Cæsare fuerint expolitæ, valde dubium est, cum eas solus Thuanus referat, & ipsemet Goldastus tom. 2, Const. Imp. fol. 383. eas unice eidem Thuano tanquam Auctori adscribat, dicens: *has considerationes neque caput, neque pedes habentes ita reperi, quas a Maximiliano Cæsare ad Pontificem missas esse, Auctor est Thuanus.* Illas vero a quodam Lutherano adinventas putat Od. Raynald. loc. cit., hasque rationes solide confutat.

non pauci privatas suas opiniones stabili-  
 bilire, ac divulgare totis viribus nitentur.  
 Sæc. XVI.  
 A.C. 1564.

§. LXXV.

*Ecclesiæ Disciplina in Poloniæ Regno  
 eversa.*

Irridebantur palam Ecclesiæ cultus, ritusque, ac publice novæ opiniones propugnabantur, necnon singulis diebus celebrata fuere hæreticorum conventicula, & procusa in Catholicos consilia: insuper audiebantur preces publicæ, & sacrificia peragebantur juxta ritus recens adinventos: explodebatur autem avita religio veluti risu dignorum rituum congeries: cultu etiam pluribus in locis abrogato templa usurpabantur, & Sacerdotes ex ædibus suis ejiciebantur, omnibusque bonis spoliabantur, dum ipsi quoque Aulæ Proceres, atque ex senatu potissimi de hæresi aut suspecti, aut jam maligna hac contagione infecti erant, tantoque hæretici numero excreverant, ut nec legum severitatem, nec Regis ipsius auctoritatem vererentur. Hic erat Poloniæ status, dum Commendonus illic advenerat.

*Gratian. in  
 vita Com-  
 mend. l. 2.  
 cap. 7.*

§. LXXVI.

*Religio in Polonia eversa ob Presulum  
 dissensiones.*

Infu-